

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Sacerdos i
cum fonte primo

Ex inordinata et indisciplinata
multitudine sacerdotum hodie
datur contemptui nostre redemptionis
uenerabile sacramentum. Nam qui
debuerant esse uicarii apostolorum et
filii Petri, facti sunt socii Iude et
preambuli antichristi.

Ambrosius in quodam sermone.

Ex inordinata et indisciplinata
multitudine sacerdotum hodie
datur ostentui nostrae redemptionis
venerabile sacramentum. Nam qui
debuerant esse vicarii apostolorum, et
filii Petri, facti sunt socii Judae, et
praeambuli Antichristi.

Petrus Blesensis, *Epistolae*, 123 (PL
207, col.360C).